

excusandi discrepant. Nam D. Ambros. 11. Thom. Aragon. Carbon, excusant quòd minus delictum sit secundum naturam coire, quam contra naturam delinquere. Alij vero quòd Loth non fuerit filiarum stuprum, sed materiam minoris mali obtulerit. Sic Caiet. eo art. 4. Arboreus, Oleaster, Couar. Valentia nuper allegati. Alij quòd noluerit Loth filias stuprari, nec prostituere: cum sit eas inducere ad malum. Sed norat filias non prabicituras consensum stupro, sed inuitè, ac proinde absque earum culpa fore, ut violarentur. Ita Adrianus proximè allegatus. At is excusandi modus placet, ut Loth minimè obtulerit filias ea mente ut Sodomitè illis abuteretur, sed quòd ea submissione illius deflexi, ab hospitum Sodomitico abusa temperarent. Vt si quispiam in se vehementer indignanti, pugione offerat dicens Me eneca, non eo animo ut is mortem inferat, sed ut ea submissione placatus iram sedet. Sic Caiet. in eum locum Genes. 19. Et ibi Honcala. Molina proximè citatus. Et meritò Pereira in id. c. 19. disp. 1. sine, si à culpa vindictidum sit factum illud, hunc excusandi modum omnibus prafert.

Tandem ex his decidenda est questio num. 14. proposita. Num habenti votu castitatis, aut reliqua matrimonio impedientia, & ita carnis illecebris agitatio, ut se continere nequeat, sed passim succumbat, licetè suaderi possit ut matrimonium ineat, ut vel sic minus peccet? Id enim licere probat aperè testimonium D. Epiphaniij num. 15. allegatum, ubi id consulti. Quòd matrimonio inito vnicum peccatum admittatur: atque adeo id tanquam minus malum preferendum sit quam plurimis sacrilegijs, quæ passim venereis vacido perpetrantur, iuxta doctrinam qua n. 15. amplexati sumus. Atque ita id suadere licitum esse fatentur Angelus matrimonium, 3. impedimento, 5. sine. Veracruz 1. p. Specul. ar. 15. dubio vltimo. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, glossa. 1. n. 15. At contrarium docet Astensis summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. vltimo, q. 10. Syll. matrimonium. 7. q. 5. dicto 9. Et videntur clarè sentire Hostiensis summa, tit. de voto. 5. quot sunt species, nu. 5. Gregor. Lopez. l. 2. verb. Tan tenudos, tit. 8. p. 1. ubi aiunt, interroganti an post votu castitatis quo ligatus est, valeat matrimonium, non posse responderi validum esse: nisi interrogans non seruet continentiam. Tunc enim poterit responderi valere, ut

maius peccatum vitet: subdunt tamen dicendum eidem esse, Meo consilio non inibi matrimonium: ac proinde videtur sentire minimè licere consilere illi matrimonio ad maius id peccatum vitandum. Sed dicendum est, moraliter, & in plurimum loquendo, nunquam licitum esse tale consilium. Quòd ut minus malum possit consuli, desideretur alterum esse omnino ad malum maius determinatum, nec sufficiat prauus habitus ipsum ad lapsuum frequentiam impellens: in super sit etiam necesse, ut nullo alio modo retrahi possit à maiori eo malo perpetrando, nisi illo minori malo sibi proposito. (ut probauimus nu. 15. & 21.) Quæ in hoc casu minimè concurrunt. Quippe voto astrictus non omnino animo constituit venereis inherere, sed præ fragilitate, ac prauo habitu impulsus labitur. Deinde potest illi facili negotio consuli, nimirum, perita voti dispensatione: quæ statim concedi solet allegato incòtinè periculo. Verum si eo voto ligatus ita malo inhaeret, ut nec dispensationem petere vellet, nec à venereis desistere, sed omnino paratus esset ad illis vacandis: sperareturque matrimonio inito illi malo còsultum fore: amplector priorem opinionem, nempe, licere id consilium dare, quòd à maiori malo retrahatur. Tunc enim omnia requisita ad cõonestandum minoris mali consilium reperientur.

Tandem ad argumenta nu. 14. proposita respondeatur. Ad primum dicendum, eum tantum solum probare non licere cuiquam vi furas exercere, ut captiuu vitam redimat. Quia nemini licet etiam vitale admittere ad maius malum in altero vitandum, ut n. 27. probauimus: at non probat minimè licere id minus suadere malum ad maius vitandum. Ad secundum neganda est cõsequentia. Quia non se habet minus malum quod est consilij obiectum, eodem modo ad consilium, & executionem. Nam in executionis potestare situm est, vtrumque mali cauere, ac proinde reus est culpa, quauis leuioris, minus malum eligendo: at cõsules nequit ab vtroque malo ipsum retrahere: quòd circa licetè minus malum suadet: ut vel sic leuiorem culpam is cui consilium præbet, contrahat. Ad confirmatiõnem dic, si fateremur verè suaderi minus malum, concluderetur vtrique suaderi positum, quod est malum: at non suadet minus malum: sed electio illa, quæ bona est. (ut nu. 15. explicuimus.) Ad tertium

negandus est antecedens, quando illud non petitur absolute, sed posita determinatione voluntatis ad maius malum quo aliter reuocari pequit. Ad quartu fateor non tantu posse, sed reuera esse præceptum de minori malo eligèdo, (vt. n. 15. probauimus) non absolute, sed ex suppositione determinationis voluntatis ad maius malum: hoc enim non est teneti ad minus malum, sed ad potius retrahendù se à maiori: sicut quando consultur minus malum, non est reuera consilium minoris mali, sed antepositio-

nis illius minoris mali, maiori, quòd admittitur voluntas decreuerat. Ad quintum negandum est esse simile, quia prælectio illa minoris mali, ut bona sit, debet suadere medijs proportionatis, quæ iustitiam nullius violent: quale non est, dum consultur minus damnum alicuius tertij in particulari, ut numer. 24. explicui. Ad vltimum dic negandum esse antecedens. Quia consules non est verè causa illius minoris damni, sed bonæ prælectionis quam suadet.

DISPUTATIO DVODECIMA.

Quid sit raptus: quæ ve eius pœnæ. attentio iure antiquo: & qualiter attentio eodem iure, matrimonio ineundo impedimentum sit?

S Y M M A R I V M.

Q Vot questiones disputantur, nu. 1.  
 Q uæ sint, attentio iure antiquo, raptorum pœnæ: & an sint excommunicati: & hæc verba. anathema sit, sint excommunicationis læta, an ferendū. 2.  
 Q uos condiciones desiderantur ad raptum, ut pœnis iuris communis subiaceat? nu. 3.  
 An sit esse contra voluntatem puella, aut parvulorum? nu. 4.  
 An sufficiat puellam videre homines ad metum inferentium paratos? nu. 5.  
 Num sit raptus, si femina sui iuris consentiat, quauis alijs impedientibus vis inferatur? nu. 6.  
 An satis sit, initio, vel post, faminam consentire? nu. 7.  
 Quid, si parentes consentiant, at mulier dissentiat? nu. 8.  
 An præsumatur contraria voluntas puella consentientis, ac sit raptus? nu. 9.  
 An sit raptus, quando famina importunis precibus abducitur? nu. 10.  
 Quid, si pretio, aut dolo abducatur? nu. 11.  
 Quid, si parentibus contradicentibus femina consentiat? & pœna debet commensurari delicto, nu. 12.  
 Quid, quando parentes ignorabant? nu. 13.  
 Quid, de tutoribus, vel fratribus, sub quarum custodia est? nu. 14.  
 Quid, si raptum præserat tractatus de matrimonio ineundo? & enodatur cap. penultimū, de raptoribus, nu. 15.  
 An raptor raptam ducens, vitet raptorum pœnas? nu. 16.

An desideretur ve causa libidinis raptus fiat? nu. 17.  
 An opus sit, carnis cõmixtionem subsequi? numer. 18.  
 An raptus attentatus, & generaliter quodcuq; crimen, subiaceat eiusdem delicti pœnisi? nu. 19.  
 An desideretur traditio de loco ad locum? numer. 20.  
 Qualis debeat esse hæc traditio? nu. 21.  
 An solius femina honeste sit raptus, cuiuscūq; sit status? nu. 22.  
 Quid, si meretrix rapiatur? nu. 23.  
 Post, nu. 23. inuenies alia summaria.

**D**isputatio de impedimèto raptus delictum necessariò præmitti tāquam valde difficile, quid raptus sit. Atq; ut explicetur decretum Tridentini ses. 24. de matri. cap. 6. quod de raptu verba facit, grauissimas pœnas decernens, quarum cognitio ad conscientia forum valde conducit: necessarium est aliqua præmitti de pœnis iure ciuili, aut canonico antiquo statuis per raptores incurrendis, quod breuiter percurram, parum enim ad forum conscientia refert. Tres igitur dispositiones de raptu infortu. Præsens, quid raptus sit, & quibus pœnis addictus attentio iure antiquo, & qualiter eo attentio, matrimonium impediatur, disputabit. Sequens, qualiter attentio Tridentini decreto, matrimonium impediatur, & quando eius pœnis obnoxius sit. Vltima, an stuprum sine raptu contingere possit, ita ut peculiarem lura-



xuria speciem necessariam consentanda constituat: ut si inuitis parentibus virgo sui corporis copiam faciat. In presenti ergo disputatione, quinque questiones agitatae sunt. Prima, Quid raptus sit, quasve condiciones exigat, ut poenis iuris antiqui subiaceat. Secunda, an isdem poenis subdatur femina rapiens virum, aut aliam feminam? Tertia, an rapta nubens raptori, amittat ipsius raptoris bona, quae ob raptum iniuria lex civilis sibi deferat? Quarta, quid raptus sit quod attinet ad forum conscientiae, & ut constituat speciem luxuriae necessarii in confessione exprimentam? Quinta, qualiter raptus attentio iure antiquo impediatur, ac dirimat matrimonium?

Quaestio prima. Quid raptus sit, quasve condiciones exigat, ut poenis iuris antiqui subiaceat? Praemitendum est. l. vnica. C. de raptu virginum, & l. regia. 3. tit. 20. p. 7. raptoribus mulieris honestae statutam esse mortis poenam, & ut bona raptoris, & opae ei ferentur, statim ad raptam dominium transferant. Insuper excommunicationis poena, raptor cum ei fauentibus puniatur. c. si quis virginem. 36. q. 2. quod est Gregorius. 2. in Synodo Romana, ibi. *si quis virginem, vel viduam (nisi desponsauerit) raperit, cum sibi fauentibus, anathema sit.* Quam esse excommunicationem latam, affirmant Martinus de Magistris tractatu de temperantia. q. de raptu, concl. 6. & alii alij. Et videtur tenere Petrus Gregorius Syntagmate iuris p. 3. lib. 36. c. 8. nu. 7. vbi ait esse excommunicationem aduersus raptorem: & allegat. d. c. si quis virginem. Quod suadent verba illa, *anathema sit.* Quae canonem latae sententiae important: vt docent Felin. c. Rodolphus nu. 3. de rescript. & multos alios referens Tiraquell. l. si vnquam verb. reuertatur, fallentia. 60. nu. 180. c. de reuoc. dona. Et in simili dicit Abb. c. 2. in fine, de foro comp. vbi ait haec verba, excommunicatus sit, esse latae sententiae. Ceterum verius est non esse latam, sed ferendam sententiam. Quod, anathema sit, sententiam ferendam importet, nulla addita particula ad latam trahenti, vt testatur Baldus. c. at si clerici. n. 20. de iudicij. Et clarè glossa. c. 2. de foro comper. vbi in fine, cum textus ille dicat, *si sequeretur, explicat, per sententiam, sicut 30. d. quasi per totum:* in qua ferè in omnibus textibus dicitur, sit anathema, ac proinde clarè sentit glossa eaverba, anathema sit, desiderare sententiam, ac proinde non continere latam excommunicationem. Quod

idem non obscure significat Turres. ea. d. 30. c. 1. in fine, vbi quaerens an textus illius distinctionis contineat latam sententiam, in quibus dicitur, anathema sit: respondet contentos in illis, esse ipso iure excommunicatos, quia sunt haeretici, vbi clarè sentit non virtute illorum verborum, sed quia haeretici sunt, eos incurrere excommunicationem. Praeterea, quia esto ea verba, anathema sit, excommunicatus sit, importarent latae sententiam: at id intelligendum venit, nisi proferantur in materia, in qua ex alijs textibus constat non inferri ipso iure excommunicationem, sed exigì sententiam. Ita docent Abbas. c. 2. in fine, de foro comper. & ibi eius Additionator. Felin. d. c. Rodolphus. n. 33. & de dicto. Tiraquell. d. l. si vnquam verb. reuertatur nu. 183. At constat ex eadè causa 36. q. 2. c. 1. & c. de puellis, raptorem non esse excommunicatos, sed excommunicandos: dicitur enim ibi, *Anathematizentur:* quod verbum cum sit futuri temporis, importat excommunicationem ferendam, vt latissime Tiraquell. d. l. si vnquam verb. reuertatur. n. 39. & sequentibus. Atque ita non esse latam excommunicationem, sed ferendam in raptorem, clarè colligitur ex Gregredo summa tit. de raptoribus num. 8. Hostiensis summa tit. de poenis raptorum corporis. n. 1. vers. canones autem. Bertachino in suo repertorio, littera R. verb. raptor mulieris, Syluestro verb. luxuria. q. 6. dicto. 1. vbi dicunt raptorem debere excommunicari: sententiam ei quoque non esse ipso iure excommunicatos. Et in proprijs terminis docent Maioris. 4. d. 29. q. 2. ad finem: Caiet. 2. v. q. 154 art. 7. in solutione ad 3. dubium. Veracruz appendice ad speculum, vbi de raptu; fol. 83. §. sed tamen fatet: Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. art. vnico, dubio. 2. vnde ea verba. d. c. si quis virginem, *anathema sit,* explicat Caiet. id est, anathema fiat.

Hoc praemisit, sit prima conclusio. Ad raptum poenis iuris subiectum, quadruplex conditio desideratur. Prima est, vt adsit violentia. Secunda, vt raptus fiat causa libidinis. Tertia, vt sit traditio de loco ad locum. Quarta, vt mulier rapta sit honesta virgine. Quae omnes constabunt ex doctorum inde à num. 6. inferendis: vbi & Doctores referant.

Secunda conclusio. Ad raptum sufficit violentiam illam, vel ipsi feminae raptae, vel parentibus, aut tutoribus inferri. Quam probabo numer. 8. 12. & duplici sequenti.

Non

5 Non tamen desideratur expressè metum inferri, vt raptus sit: sed satis erit quouis modo adfit metus violentiae: vt si puella inspiciat homines armis munitos, ad eam renitentem cogendam. Et constat ex dictis lib. 4. disput. 5. numer. 5. vbi probauimus metum armorum cadere in virum constantem, licet ea portans minimè illis vsus sit. Et ita tenet Decianus tract. criminali, lib. 8. c. 7. n. 6. Azebedo lib. 8. Recopilat. tit. 13. l. 2. n. 45.

6 Hinc primò deducitur, non esse audiendos Doctores quosdã asserentes esse raptum, quando puella, etiam sub nullius potestate constituta, volens adducitur. Hi sunt Abbas c. penult. n. 4. de raptor. & ibi Anan. nu. 4. vers. in glof. 2. Angelus. l. vnica. n. 5. C. de raptu virg. Paulus. l. penult. nu. 2. C. de Episc. & cler. vbi Albericus nu. 7. & d. l. vnica, nu. 1. oppositione. 3. Anton. d. c. penult. n. 8. Bofsius practica. tit. de raptu mulierum. n. 16. Bonifacius de Vitalinis tractatu de maleficijs, tit. de raptoribus. nu. 2. Gorhofredus. l. vnica, verb. poena raptus, C. de raptu virg. Ducuntur Abbas, Ananias, & Bofsius, quòd l. vnica, expressè dicitur, siue volenti, siue nolenti femina raptum admitti: semper enim decepta praesumitur. Deinde, quòd femina dominium corporis sui non habeat, vt membra sua raptui exponat. l. liber homo. ff. ad l. Aquilianam, & c. significauit. de corp. vitiat. Alij verò Doctores soli priori rationi innituntur. At merito ab his Doctores recedendum est. Quòd rapere importet cum vi, & impetu auferre, vt constat ex l. 3. vers. non solum ff. de incendio, ruina, ibi: *Aliud autè esse rapti, aliud amoueri paleam est. Siquidem amoueri aliquod etiam sine vi potest. Rapti autè sine vi non potest.* Praeterea, quia scièti, & volenti non fit iniuria, nec dolus. l. nemo videtur. ff. de regul. iuris: quare D. Thomas (quem omnes Theologi sequuntur, & ferè omnes Iurisperiti) 2. 2. q. 154. ar. 7. pro constanti docet, ad raptum violentiam desiderari. Nec credo Doctores allegatos, praeter Abb. Anan. & Bofsiu opponitum sentire: innituntur enim praesumptioni voluntatis feminae dolis extorta, sicut & d. l. vnica: vnde quando constaret voluntatè spontaneam adfuisse, in neutro foro raptus iudicabitur: nec ratio Abbatis, & sequaciu aliquid probat. Quamuis enim mulier non sit sui corporis domina, ita vt licitè possit raptum exponere: est tamen ad eum sensum domina, vt possit conuiuere absque

ullo iustitiae crimine in altero: atque ita ipsa consentiente, cessabit raptus, qui violentiam iustitiae contrariam postulat. Atque ideo hanc partem tuerent glossa cap. penultimo. verb. consentit. de raptor. Abulenfis. c. 5. Matth. q. 203. Hyppolytus l. vnica. n. 16. C. de raptu virg. Nauar. lib. 5. consil. tit. de raptor. vtraque editione, consilio. 1. n. vnico. Carrerius practica criminali, vbi de raptu. §. secundo casu principali. n. 7. Decianus tractatu criminali, libr. 8. c. 7. n. 19. Mascardus de probationibus, conclusionem 1259. n. 29. Peguera decis. crim. c. 43. n. 8. Antonius Cucus lib. 5. in liti. maiorum, tit. 12. n. 120. Veracruz appendice ad Speculum. vbi de raptu, folio. 82. §. consequenter etiam. Azebedo lib. 8. Recop. tit. 13. l. 2. n. 58. Vela de poenis delictorum, cap. 29. §. vno autem casu. Adde cum Daciano, & Azebedo eisdem locis, adhuc in eo casu, quo femina sui iuris vult, non esse raptum, quamuis eam abducent viri armatis comitatus abiret, ne aliqui impedimento sibi essent. Quia nec femina, nec aliquid, sub cuius cura & custodia sit, vis inferitur. Qualis ad raptum desideratur.

7 Secundo inferitur, quòd dicendum sit, si puella abductioni conuiuet, postea verò renitens cognita sit? Vel è contra, abductioni resistat, mox autem abducta copulae annuat? Et quidem quando femina initio voluit abductionem, postea verò copulae resistit: Guido de Suza relatus ab Alberico. l. penultima. n. 6. c. de Episc. & cler. & Gandinus de maleficijs, tit. de multis questionibus dependentibus à statutis. nu. 21. Albericus l. vnica. n. 16. C. de raptu virg. & placet. Quia cum raptus abductionem violentam petat, vbi ea deficit, non erit raptus, sed copulae vi extorta. Iuxta ea quae n. 20. dicemus. Deinde quòd in his spectetur initium. l. Diuus. 14. ff. ad l. Iuliam, de fideiuss. ibi. In maleficijs voluntas spectatur, non exitus. Nec audiendus est Albericus ea. l. penultima. nu. 7. hoc reprobandus. Quia loquitur iuxta suam sententiam, nimirum vt sit raptus, licet femina semper velit, quam numero praecedenti impugnauit. Hinc rursus inferitur, quòd è contra femina initio abductioni resistit, ac postmodum copulae annuit, esse raptum. Quòd initium spectandum sit, in quo violentia interfuit. Sic iudicem, & Carrerius practica criminali, vbi de raptu. §. secundo casu principali. n. 10. Peguera decisionibus crimin. c. 43. n. 7. Guido singulari. 569. n. 1. Credo tamè

in hoc



in hoc casu, si verè probaretur is cõsensu  
femina in sua plena libertate posita, libe-  
randum fore raptorè à pena ordinaria rap-  
tus. Quod is cõsummatus minime sit: petit  
enim ad sui cõsummatione, & violentam  
abductione, & violenta copulam, saltè ex  
parte volutatis raptoris qui fecit quod po-  
tuit (vt. n. 18. dicemus.) Sic docent Decia-  
nus tract. criminali, lib. 8. c. 7. nu. 3. 8. & 24.  
Azebedo lib. 8. recop. tit. 13. l. 2. nu. 77.

8 Tertiõ inferitur, esse verè raptũ faci-  
mã dissentietũ, quãvis eius parètes consentiãt  
abductioni. Quia parètes non habent domi-  
niũ corporis puellæ, nec facultatẽ illud ei  
vsi exponendi absq; iniuriam labe, ob  
iniuriã puellæ irrogatã. Sic Hostiũ. summa  
tit. de penis raptorũ corporũ nu. 1. vers. di-  
citur ergo raptor. D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 7.  
Gerson. 4. p. fermõ. vltim. dominiq. 2.  
aduentus, alphabeto. 22. littera. T. D. An-  
ton. 2. p. ti. 5. c. 2. in principio. Rosell. verb.  
luxuria, initio, vbi. Syl. q. 1. vers. raptus ve-  
rõ. Turrec. raptus. 36. q. 1. nu. 3. Veracruz  
appẽdice ad speculũ, vbi de raptũ, fol. 82.  
§. consequetẽ etiã. Palacios. 4. d. 34. disp. 2  
col. 12. vers. est aliud. Toledo lib. 5. summa  
c. 1. n. 7. Nauar. summ. c. 16. n. 3. Nauaria,  
lib. 2. de reit. cap. 3. p. 4. vbi de lædente in  
cãteris corporis bonis, in noua editione,  
dubio. 1. nu. 418. Valentia. 2. 2. disp. 9. q. 3.  
punct. 3. col. 7. §. raptus.

9 Quartõ inferitur intellectus ad l. vnica. §.  
& si quidẽ vers. pœnas autem. C. de raptũ  
virg. quẽ decidit raptũ admitti, siue mulier  
velit, siue nolit. Intelligenda enim est, vt  
procedat ex præsumptione quadã: præsu-  
mit quippe vim inferri illi importunis, ac  
dolosus suasionibus, vt cõstat ex illis verbis  
quæ reddens huius rationẽ subiungit, ibi.  
*Quia hoc ipsum velle mulierũ ab insidijs nequis  
suis hominis, qui meditatur rapinã, inducitur.  
Nisi etenim eã sollicitauerit, nisi odiosis artibus  
circumuenierit, non facit eam velle in antiũ de-  
cus se se proderẽ.* Et ita docet Salicetus ca. l.  
vnica. n. 29. & 30. Ruin. conf. 122. n. 5. vol. 4.  
Decian. tract. criminali, lib. 8. c. 7. n. 19. A-  
zebedo, lib. 8. recop. tit. 13. l. 2. n. 55. Cãtera  
q. crim. quæst. tangentibus punitione delli-  
cti. c. 4. nu. 20. Nec placet alia expositio quã  
tradunt Hyppol. ca. l. vnica. nu. 16. Decian.  
co. c. 7. n. 7. dicentes eam. l. vnica. m. conside-  
rãre violentiã parentibus non conuicti-  
bus raptui, illatam, atq; illorum intuitu ap-  
pellare raptũ, quando puella consentit. Sed  
non placet, quia textus ille expressè non  
expandit parentum contradiccionem, sed

voluntatem femina non omnino liberã.  
Vt clarè constat ex ratione ibi subiunctã,  
nuper allegatã.

10 Quintõ inferitur temperandõ esse Do-  
ctores asserentes esse raptum, quando femi-  
na sui iuris, importunis precibus abdu-  
citur. Quasi violenta sit extractio, eõ quod  
importuna preces vim inferat. Quod suadet.  
l. 3. vers. si quis volentem. ff. de libero  
homine exhibendo, vbi sollicitationibus  
detentus, dicitur vi, ac dolo retineri. Et l. 1.  
§. persuadere. ff. de seruo corrupto, ibi: *Per-  
suadere autem est, plus quã compelli.* & l. 1. r.  
ti. 9. p. 7. ibi: *Como en manera de fuerza, y son-  
facar, y salagar.* Et probat etiam. l. vnica. §.  
& si quidem vers. pœnas autem. C. de rap-  
tũ virgi. Et ita docent Glossa ea. l. vnica,  
verb. ipsum velle. & ibi Baldus numer. 20.  
Nauar. lib. 5. conf. tit. de raptoribus, consil.  
primo nu. vnico. Carreterius practica crimina-  
li, vbi de raptũ. §. secundo casu principa-  
li nu. 4. Peguera decisionibus crimin. cap.  
43. n. 3. Vela de penis delictorum. cap. 29.  
§. ex quibus apparet. Sed temperandi sunt,  
quando hæ preces importunæ violentiã  
æquiparantur. Cum enim raptus vim desi-  
deret, non sufficiunt quæcũq; preces impor-  
tunæ, non etenim omnes eã vim inferunt:  
(vt latius declarauimus lib. 4. disp. 7.  
num. 5. & sequentibus: vbi textibus in cõ-  
trarium allegatis respondi.) Sed quando alia  
circumstantiã cum illis concurrunt, vt  
maximus reuerentiã timor, ita vt persona  
sic instanti non audeat puella contradice-  
re. Atque proinde quando solæ preces impor-  
tunæ interueniunt, non esse raptum dicitis  
pœnis obnoxium, sed euidam extraordi-  
nario supplicio, docent Hyppol. d. l. vnica.  
ca. n. 14. Decianus tract. criminali, lib. 8. c.  
7. nu. 7. ad finem.

11 Sextõ inferitur ad pœnas. l. vnica. C. de  
raptũ virgin. raptoribus statutas incurren-  
das, satis esse, si dolosis persuasionibus,  
aut quibuscũque fraudibus circumuenta  
mulier abducatur. Constat ex ea. l. vnica. §.  
& si quidem vers. pœnas autem, ibi: *Nisi  
odiosis artibus circumuenierit.* Vbi decidens  
textus, quare raptor femina volentis pen-  
nis ibi statutus plectendus sit, ratione, red-  
dit, quod consensus ille dolosis artibus ex-  
tortus præsumatur. Ergo quoties constat  
dolum adesse, incurrentur hæ pœnæ. Et  
ita tenent Dynus regula scienti. 27. num.  
3. & 4. de regulis iuris, in. 6. Angelus au-  
the. de lencõ. §. finali, in fine. Salicetus. d.  
l. vnica. nu. 29. vbi Hyppolitus numer. 18. l.

Decianus tract. criminali, lib. 8. c. 7. num. 8.  
Berber. in vltorio iuris tit. de raptoribus,  
post medium. Mascardus de probat. cõcel.  
12. 59. nu. 30. Cantera quæst. crimina. q. tan-  
gentibus punitionem delicti. c. 4. num. 23.  
Vnde dum hi Doctores dicunt esse raptũ,  
si femina donis sibi promissione dolo-  
s interueniat, vt quã animo defraudandi, mō-  
tes aureos (vt vulgõ fertur) quis promissi:  
secus si pretio conuenit cum ipsa, absq; do-  
lo, ita Decianus eo. nu. 8. Nec placet limi-  
tatio Iulij Clari lib. 5. receptarum. §. raptus  
nu. 3. & Azebedo lib. 8. recop. tit. 13. lib.  
2. nu. 42. vbi hoc temperant, quando verbis  
fallacibus abducitur mulier, vt contra suo-  
rum volũtatem, in alio loco retineatur. Sed  
non placet, quõd d. lex vnica non cõside-  
ratur: eo loco dissentium suorum (vt num. 9.  
diximus) quando enim parentes abducti-  
ni femina renuntiant, nil refert an femi-  
na decepta sit, nec ne: erit etenim raptus,  
quãuis ipsa consentiat, vt nu. sequenti di-  
cemus.

12 Septimõ inferitur, esse raptum, quando  
puella sub parentum custodia cõstruta, ex-  
eorum domo ipsi inuitis abducitur, quan-  
uis ipsa consentiat: quippe iniuria maxima  
parentibus irrogatur, quã ipsa remittere  
nequit, sponte sua abductioni cõsensum  
præbens. l. 1. vers. vsq; adeo. ff. de iurij.  
Et notat glossa. contingit, el. 1. de sent.  
excom. verb. iniuriosa, in quodã simili, ni-  
mirum, in clerico cuius consensus vt in ip-  
sum manus iniiciantur, non liberat injicien-  
tem à sententia excommunicationis, vt de-  
cidit ille textus: quõd possit clericus assen-  
sum iniuriã præbere, quatenus suã perso-  
nã offensa est, non tamen quatenus est sta-  
tus clericalis iniuriã. Atq; ita docent Host.  
summa tit. de penis raptorum corporum  
nu. 1. vers. dicitur ergo raptor. Abbas. c. pe-  
nultimo. nu. 4. de raptor. & ibi Ananias n. 4.  
vers. in glossa. 1. Idem tenent Hyppolitus  
l. vnica nu. 16. C. de raptũ virg. Rosell. vers. b.  
luxuria, initio, vbi Syl. q. 6. d. cõ. 2. Barba-  
tus cons. vltim. num. 1. vol. 1. Mathefflanus  
notabili. 100. quem refert, & sequitur Ber-  
mondus Chæter de publicis cõcubinarijs,  
vbi de stupro. nu. 29. (habetur tom. 1. tra-  
ctatum. p. 1.) Carreterius practica crimina-  
li, vbi de raptũ. §. secundo casu principali  
nu. 7. Bosius practica criminali tit. de rap-  
tũ mulieris. n. 16. Iulius Clarus lib. 5. recep-  
tarũ. §. raptus. nu. 3. Decianus tractatu cri-  
minali, lib. 8. c. 7. n. 21. Perez lib. 8. ordina-

mentit. 15. rubrica, fol. 278. ad finem. A-  
zebedo lib. 8. recop. tit. 13. l. 2. num. 41. &  
42. Peguera decisionibus crimin. c. 41. nu. 6.  
Salzedo practica Bernardi Diaz. c. 78. in po-  
steriori editione, in fine. Mascardus de pro-  
bat. cõcel. 12. 59. nu. 29. Cantera quæst. cri-  
minalibus, quæst. tangentibus punitionem  
delicti. c. 4. nu. 20. Petrus Gregorius Syn-  
tagmate iuris. p. 15. lib. 5. c. 8. nu. 4. Vela de  
penis delictorum. c. 29. §. vnde si femina.  
Zauallos quæst. practicas. q. 596. nu. 33. &  
multi alij fatentur esse raptum verum, quã-  
uis de penis iuris non agant, quos nu. 35.  
referam. Quãuis autem Peguera eodem  
c. 43. n. 3. & Zauallos nuper citatus velint  
hunc raptorem subdiordinarijs pœnis rap-  
tus, ac Perez dicat pœna capitali plecten-  
dum esse, at verius est solum extraordinaria-  
riam pœnam infligendam esse, quõd pœna  
eõ mensurari delicto debeat. c. non asse-  
seramus. 24. q. 1. auth. vt patrum filij succe-  
dant. §. quia verõ. At longè minus delictus  
est tunc, quã si femina quocq; dissentit,  
cum sit respectu filij patris raptus: eõ  
voluntate quõd in his iniurijs voluntas  
feminae cui dicitur iniuria violenta irro-  
gatur, spectanda sit. Non ergo pœna ordi-  
naria raptus, sed alia arbitrio iudicis impo-  
nenda est. Quod docent Decianus, Bosius  
nu. 7. Cantera, Azebedo nu. 56. nuper alle-  
gati.

13 Imò erit quõq; raptus, quando paren-  
tibus igno rantibus virgo, consensus sub  
illorum cura existens abducta est. Quan-  
uis enim tunc non interueniat ipsorũ, con-  
tradictio positua, est tamen voluntatis ip-  
sorũ defectus, qui nolitio appellatur, quod  
satis est vt de iniuria sibi ipsi illata illam  
querelam concipiant. Sic Abbas, Ananias,  
Bosius nu. 16. Peguera nu. 6. quos nu. præ-  
cedenti retuli. At non subdatur pœnis ordi-  
narijs raptus. Quippe non est propriè rap-  
tus (vt num. 36. probabimus.) Et ita docet  
Enriquez lib. 12. de maximo. c. 14. nu. 5. &  
hunc non subdi. penis statutis raptui in  
Tridentino tenent alij, quos disp. sequen-  
ti nu. 12. referam. Nec tanta pœna infligen-  
da est, ac si parentes, expressè abducionem  
resisterent. Tunc enim grauius delinque-  
retur.

14 Idem dicendum est, quando puella sub  
tutorum potestate, aut mariti, constituta,  
ex eorum domo absq; ipsorum voluntate  
consensus abducitur. Habentur enim  
loco parentum. Ita Carreterius, Mascardus,  
Perez, vbi num. 12. eos retuli. Ad dicit bene



Perez idem sentiendum esse, si fornicatio sub fratre custodia esset. Cum tamen minus sit delictum, quando sub fratre custodia est, minor erit poena.

15 Sunt tamen haec limitanda, nisi praecessisset tractatus de matrimonio ineundo. Tunc enim si puella volens, quantumvis reclamantibus parentibus a sponso extrahatur, non subducitur raptus hic poenis iuris civilis: quod corrigitur in hoc per ius canonicum, quod in hoc seruandum est. Constat ex cap. penultimo, de raptor. ibi: *Cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nil ante de nuptijs agitur, iste raptor dicitur non debet, cum habuerit mulieris assensum, & ipsius eam de sponsauerit, quam cognouerit: licet parentes reclamarent, a quibus eam dicitur rapuisse.* Per quod corrigitur. l. vnica, ad medium principij. C. de raptu virg. ibi: *Quoties connumeramus eum, qui saltim sponsalia suam per vim rapere ausus fuerit.* Quam. l. regia. 3. tit. 20. p. 7. explicat de raptu ipse de futuro: vt bene aduertit Gregor. Lopez, verb. fa. espola. At corrigitur per. d. c. penultimum, quod raptum puniri non permittit factum pro ineundo matrimonio, quando praecesserit sponsalia de futuro. Et loqui etiam textum etiam quando soluta haec sponsalia praecesserit, inde constat. Quod dicit: *ubi nil ante de nuptijs agitur*: quando etenim sponsalia praecedunt, iam verum est, aliquid de nuptijs actum esse. Atque ita docent Abbas ibi num. 1. notabili. 1. & num. 4. Ananias num. 4. vers. in glossa. 2. ita intelligentes glossam ibi, verb. admitti, quae docet non esse raptum, quando puella consentit, vt intelligatur si praecessit tractatus de matrimonio contrahendo: Ita tenet Corneus conf. 80. nu. 7. & 8. vol. 2. Barb. cof. vl. n. 1. vol. 2. Carrer. pract. crim. vbi de raptu. §. hinc nata occasione, aliqua de raptu differamus, nu. 26. Bofsius practica. tit. de raptu mulieris, nu. 17. Decianus tractatu criminali, lib. 8. c. 13. n. 47. Idem videtur clare sentire Viguerius libr. institutionum, cap. 7. §. 4. vers. §. vbi ait non esse raptum, si sponsa maxime de praesenti abducatur. Et sauent aliqui, qui generaliter hoc docent, quando tractatus aliquis de matrimonio praecessit. Hi sunt, Rosella verb. luxuria, num. 1. vbi Sylu. q. 6. dicto 2. Angelus verb. raptor, num. 7. & ibi Tabernanum. 2. quest. 1. Vela de poenis delictorum, cap. 29. §. vnde si. Aliqui volunt, vt non sit locus poenis raptus, iuxta decisionem d. c. penultimi, desiderari tres conditiones. Prima, vt puella abductioni consenserit:

secunda, vt praecesserit sponsalia: tertia, vt matrimonium subsecutum sit. Sed bene Bofsius, & Decianus proximè allegati cum alijs quos referunt, solas duas priores conditiones necessarias esse affirmant. Quod text. d. c. penultimo solas eas exegerit, & dum de matrimonio subsecuto mentionem fecit, id fuit ad eum finem, vt reuocetur coniux a monasterio, quod post matrimonij consummationem ingredi nequit. Id tamen cum Corneo proximè allegato asserendum est, nempe, non sufficere actum esse de nuptijs contrahendis, si non sit iam praestitus consensus de matrimonio ineundo, ac is tractatus conclusus. Verba enim illa d. c. penultimi, *ubi nil ante de nuptijs agitur*, sunt cum affectu accipienda. Quod extunc iam habeat aliquale ius raptor in raptum: nullum enim habet, quod sponsalia non sunt communi placito inita.

16 Quinimo quauis nullus matrimonij ineundi tractatus praecesserit, eo postea subsecuto, est valde rationi consentaneum, praxique receptum, ne ordinarij raptus poenis raptor plectatur, sed mitioribus arbitrio iudicis. Quod docent Paulus, l. penultima. n. 5. C. de Episcopis & cleric. dicens Mantua raptorem quandam mortis poenam euasisse, quod raptam duxerit. Bofsius pract. crim. tit. de raptu mulieris, n. 17. Dacian. tract. crim. lib. 8. c. 13. n. 48. Peguera quest. criminalib. c. 42. fine. (qui omnino videndus est, late enim haec questionem discutit.) Et consentit Ant. Gom. alijs citatis, l. 80. Tauri. n. 43. ad fine. in Hispania, propter. l. regia. 22. tit. 1. p. 7. quae vult, concordia inita inter partes, non imponendam esse poenam corporalem delicto statuta: quauis iure communi attento, secus esse dicat. Quauis iure de sint alij, qui hunc raptorem a poenam mortis minime eximant: inter quos est Gregorius Lopez. l. 3. verb. catasse, tit. 20. p. 2. adducens forsan nec esse iustam legem id disponente: meo quodam peccatum inuitare. Et dubius manet, nihilque definit de poena mortis, Iulius Clarus lib. 5. receptarum, §. raptus. n. 8. fine. Nec est opus, vt raptor hic poenam ordinariam euadat, parentibus coniuuentibus initum esse matrimonium, vt bene tuetur ibidem Decianus contra Paulum & Pegueram proximè allegatos.

17 Octauo infertur non esse raptus hic poenis obnoxium, si non causa libidinis explenda fiat, sed alia quacunque. Quod constat, nam raptus proprie est luxuriae species, teste. D. Thom. 2. 2. quest. 154. artic. 7. Et ita

D. Isidorus lib. 5. Etymologiarum. c. 26. & refertur. c. 1. §. q. 1. raptum, dixit esse illicitum coitum a corumpendo dictum, raptusque coitum, stupro frui. Atque ita docet Decius conf. 234. nu. 8. volum. 2. Carrerius practica criminali, vbi de raptu. §. secundo casu principali, num. 12. Bofsius practica crim. tit. de raptu mulieris num. 17. Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. raptus num. 1. Decianus tractatu criminali, lib. 8. c. 7. nu. 38. Cantera quaest. criminalibus. q. tangentibus punitionem delicti cap. 4. num. 22. Peguera decif. criminalibus cap. 42. nu. 7. Azebedo lib. 8. recop. tit. 13. l. 1. nu. 91. Vela de poenis delictorum. c. 29.

18 Dubitabilis autem, nu. desideratur ad raptus poenas, copulam subsecuta esse? Affirmant quidam. Quod colligunt ex l. vnica C. de raptu virg. paulò post principium, ibi: *Cum virginibus, vel castitas corrupta restitui non possit.* Itè, quia poena illius legis eò tendunt, vt copula vitetur. Ita Ananias testans ita iudicatu Bononiae. c. penult. in fine, de raptor. Cepola conf. 57. col. 2. Decius conf. 234. nu. 8. volum. 2. Boerius decif. 36. nu. 4. Riminal. conf. 571. num. 19. vol. 5. Perez lib. 8. ord. tit. 15. rubrica, fol. 179. §. quaritur, quis raptu virginem: & addit hoc esse verum, huius raptor se a copula ablinuerit, quia noluit, siue quia non potuit. Alij tenent contrarium. Ita Baldus. l. si quis non dicam rapere, in fine. C. de epif. & cler. Paulus. l. penultim. nu. 6. C. eodem tit. Bofsius practica tit. de raptu mulieris nu. 8. Greg. Lopez. l. 3. tit. 20. p. 7. verb. d. jaziendo, per illam. l. ibi: *Robando d. jaziendo.* Et illa ductus tenent idem Zausillos. q. practicae. quaest. 596. nu. 28. Cantera. q. crimin. quaest. tangentibus punitionem delicti. c. 4. nu. 20. & nu. 22. vbi addit, siue raptor potuerit habere copulam, & noluerit, siue non potuerit, locum esse poenis raptus. Sed placet distinctio communis Doctorum, vt si raptor a copula se ablinuerit, poenitentia ductus, & nolens habere, quauis potuerit, non sit ordinarij raptus poenis obnoxius, sed extraordinarij: secus si copula subsecuta non fuerit, quod ad eam peruenire non potuit. Sic docent Hypollitus. late probans. d. l. vnica nu. 254. Bermondus Chouer de publicis eocubinarijs, vbi de stupro. n. 32. fin. & sequenti. Carrerius pract. crimin. vbi de raptu. §. secundo casu principali nu. 8. fine Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. raptus nu. 4. Conar. elem. si furiosus, de homic. 2. p. initio nu. 8. Anton. Gomez. l. 80. Tauri

num. 40. Decianus tractatu criminali, lib. 8. cap. 7. nu. 38. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 4. casu. 360. num. 32. Mascardus de probat. concl. 1259. nu. 37. Hieronymus Gabriel conf. 172. nu. 2. & 6. volum. 1. Peguera decif. crim. c. 43. num. 2. Azebedo lib. 8. recop. tit. 13. l. 2. n. 89. Vela de poenis delictorum. c. 29. §. vnde dicendum est. Limitant bene Couar. & Decianus, nisi raptus sit maritalis, raptor quippe poenam ordinariam subibit, quacunque ex causa copula non sit subsecuta.

19 Ex qua resolutione colligitur decisio illius questionis, an conatus ad rapiendum non subsecuto, quia raptus non potuit, illicitus sit poenis ordinarij raptus? De qua late consulendi sunt Menochius de arbitr. lib. 2. centuria. 4. casu. 360. Zausillos quaest. pract. tota quaest. 540. Sed breuiter teneri hanc conatiem poenis raptorum: vt si vadat mulieris domum hominibus armatis comitatus ad eam rapiendam, nec eam inueniat, & ideo cesset raptus, docent glossa instituit. de vi bon. rap. in principio verb. comprehendatur. Hypollitus late probans. l. vnica num. 244. & sequentibus. C. de raptu virg. Consetus in suis notabilibus, verbo vis. Cantera numer. 20. vbi citatus est numer. praecedenti. Ducuntur, quod in atrocioribus delictis conatus pro facto reputatur, vt notat Cardin. elem. pastoralis in principio, numer. 3. notabili. 8. de sent. & re iud. colligens ex co. textu. At verus est sola poena extraordinaria puniendum esse eum conatum. Quod probant Couar. Anton. Gomez numer. praecedenti allegati. Menochius. dict. casu 360. numer. 33. & addit bene Couar. id esse verum, licet conatus ad rapiendam mulierem adhibitus fuerit, ea non rapta, nec è monasterio abducta.

20 Nonò infertur, desiderari ad raptum vt poenis iuris subiacet, traductione de loco ad locum, vnde si absque traductione cognoscatur violenter femina, erit copula vi extorta, non autè raptus. l. mariti lenocinium. 29. in fin. ad. l. Iuliam, de adul. ibi: *Eum autem qui per vim supra inuenerit vel maritum, vel feminae.* Constat etiam ex cap. lex illa, quod est Gelasij Papae. 36. q. 1. ibi: *Raptum dixit commissum esse, ubi puella de tunc nuptijs nil antea actum fuerat, videatur abducta.* Et ita docet Baldus. l. sed eximèd, paulò post principij vers. in glossa quae incipit. ff. ne quis eum qui. Host. summa tit. de poenis raptoru corporu. n. 1. vers. dicitur ergo raptor,



Albericus. l. vnic. in fin. C. raptu virg. Et in suo dictionario; littera. R. verb. raptus, & lib. 2. de statutis. q. 31. n. 1. & 2. Guido singulari. 1007. nu. 1. Paulus. l. pen. nu. 4. C. de epif. & cler. Hyppolit. singulari. 65. num. 2. Bertrandus conf. 3. vol. 6. Cumanus cof. 95. n. vnic. Bonificius de Vitalinis tractatu de maleficijs, tit. de adulterio, incestu, & Sodomia. nu. 12. Gand. de malef. tit. de multis questionib' de pendentibus a statutis. n. 19. Carrer. pract. crim. vbi de raptu. §. secundu casu principali. n. 1. Navar. lib. 5. confil. in vtraq; editione tit. de raptoribus, conf. 1. n. vnic. Bofsius practica tit. de raptu mulieris. n. 3. Iulius Clarus multis citatis, & dicens esse omnium, lib. 5. receptarum. §. raptus nu. 1. Antonius Gomez. l. 80. Taur. nu. 41. Decian. tract. criminali, lib. 8. c. 7. num. 31. Mascardus de probat. concl. 1259. n. 20. & 23. Perez lib. 8. ordinamenti tit. 15. rubrica, fol. 279. §. quarto quando dicatur raptus. Azebedo lib. 8. recop. tit. 13. l. 2. nu. 82. Peguera de cecilon. crim. c. 42. n. 7. Zauallus quot. practicus. q. 596. num. 3. Bermondus Chouer de publicis concubinarijs, vbi de stupro. n. 19. Vela de penis delictoru. c. 29. Paulo post principiu. Manuel. 1. tom. sum. m. 2. edition. c. 232. n. 2. Vega. 2. tom. sum. m. 2. c. 34. casu. 157. notabili. 2. Emmanuel Sa summa verb. matrimoniu, in principio nu. 9. Quare credendu minimè est Rebuff. l. Marcellus. 9. verb. rapere. ff. de verb. signific. & Cantera quot. crim. quot. tangentibus punitione delicti. c. 4. n. 20. dicens tibus ad raptum non desiderari traditio- nem de loco ad locum. Quamvis verò absq; ea traditioe nō sit proprie raptus: at ple- ctetur vi cognoscens pœna capitis, & amif- sionis honorum, instar veri raptoris, in hoc regno Castellæ. Quod id disponat. l. regia 3. tit. 20. p. 7. ibi: *raziondo con alguna helias por fuerza*. Et ita obseruat ibi Gregorius Lopez verb. d. jaziedo. Anton. Gomez. d. l. 80. n. 41. Zauallus. d. q. 596. n. 6.

21 Nec qualescunq; traditio de loco ad lo- cum sufficit, sed debet esse ad effectum ab- ducendi, & non gratia comodioris vsus, & coitus. Id enim nō est verè traducere de lo- co ad locū. Ita Cumanus, Bertrandus, Iulius Clarus, Decianus. nu. 32. Mascardus num. 20. Azebedo. n. 83. Peguera, Zauallus. n. 3. Vela. §. 5. citati, numer. præcedenti. Vnde non satis erit, si puella de vna camera in aliam extrahatur. Quod non id sit ad effe- ctum abducendi, sed ad comodiorē coi- tum, Ita Bertrandus, Iulius Clarus, Decia-

22 nus, Azebedo, Mascardus nu. 21. Peguera, Zauallus ibidem. Nec similiter sufficet, si rapiatur à via publica, & seorsum abducatur. Quia id est grata commo de coeundi: is etenim actus occultum locum petit. Sic Cumanus, Carrerius nu. 2. allegati nu. præ- cedenti. Tandem, nec satis est, si quis puellam in agro repertā, per aliquot passus ab- ducat, vt eam carnaliter cognoscat, quon- iam id ad commodius coeundum fit. Sic Bertrandus, Iulius Clarus, Mascardus, nu. 21. Azebedo. n. 83. & sequenti. Immo plus dicit Decianus. d. n. 32. non sufficere si de via in campum gratia comodioris vsus ve- hatur. Id tamen monerim, esse verū rap- tum, si feminam animo abducendi in aliū locū, quispiam è loco rapiat, quamvis eam ad locum destinatum minimè perduxerit. Quod iam sit vera de loco ad locum abdu- ctio, & animo abducendi facta. Ita docet Baldus nu. præcedenti allegatus.

Decimo inferitur, raptū pœnis iuris sub- ditum petere vt sit mulierum honestarum. Constat ex. l. vnica statim in principio. C. de raptu virg. ibi: *Raptores virginū honestarum, vel quarulibet viduarū*. Vbi gloss. verb. virginum, & Hyppolit. ibi nu. 210. dicit particulam illam, honestarum, determinare etiā sequentiā vt in quocunq; casu, & in quacunq; muliere intelligatur, dīmodo sit honesta. Quod etiā clarè expressit. l. regia. 3. tit. 20. p. 7. Et constabit amplius ex dicē- dis nu. sequenti. Si tamen mulier sit honesta, siue virgo, siue nupta, siue vidua, siue so- luta sit, erit raptus vt constat ex eadem. l. vnica, & ex eadem. l. regia. 3. Et docent Host. summa tit. de pœnis raptorum cor- porum, paulo post principiu. Grillandus de penis omnifariam coitus quot. 10. nu. 1. (habetur tomo 1. tractatu. p. 1.) Bonifi- cius de Vitalinis tract. de maleficijs, tit. de raptoribus num. 2. & tit. de adulterio, ince- stu, & Sodomia num. 12. Carrerius practica criminali, vbi de raptu. §. hinc nacta occa- sione, aliqua de raptu differamus nu. 1. & 8. Antonius Gomez. l. 80. Tauri nu. 36. Decia- nus tract. criminali, lib. 8. c. 7. nu. 17. Can- tara. q. crim. q. tangentibus punitionem desi- tit. c. 4. nu. 20. Azebedo lib. 8. recop. tit. 13. l. 2. nu. 49.

23 Tandē inferitur, meretricis raptorem non incidere in pœnā. l. vnica. C. de raptu. virg. & l. regia. 3. tit. 20. p. 7. Quod ad eas pœnas incurrēdas desideretur honestas in muliere rapta (vt n. præcedenti probauit) sed is raptor pœna extraordinaria arbitrio iudicis puni-

ditur

24 dus erit. Constat etiā ex. l. verū est. 40. ff. de furtis, ibi. *Verum est, si meretricem alienā ancillam rapuerit quis, non esse furtum*. Atq; ita docent gloss. in lit. de publicis iudicijs. §. itē lex Julia verb. viduam. Bart. d. l. verum nu. 3. Angel. l. vnica. nu. 3. C. de raptu virg. & ibi Hyppol. n. 210. & ibi omnes. Couar. 3. var. c. 14. nu. 2. fin. Menochius de arbit. lib. 2. centuria. 3. casu. 291. nu. 3. Iulius Cla- rus lib. 5. recop. §. raptus num. 5. Et omnes Doctores statim allegandi. Quod temperandū est primò, nisi vitæ ante actæ pœni- tentia ducta meretrix illa, vitā honestā age- re cepisset: ita vt non sufficiat pœnitentia illa absq; honestæ vitæ inceptioe. Ita Sa- licet. d. l. vnica. num. 3. oppositione. 1. & ibi Hyppolit. n. 19. & sequen. Ananias. c. final. nu. 3. in fine, de raptor. Bermondus Chouer de publicis concubinarijs, vbi de stupro. n. 22. & sequen. Grillandus de penis omnifari- cōitus. q. 10. nu. 25. & duplici sequenti (verq; habetur tomo. 1. tractatu. p. 1.) Carrerius practica crimin. vbi de raptu. §. hinc nacta occasione, aliqua de raptu disse- ramus nu. 12. Decianus tract. criminali, lib. 8. c. 7. nu. 9. Antonius Gomez. l. 80. Tauri. nu. 45. Mascardus de probat. concl. 1259. n. 14. Azebedo lib. 8. recop. tit. 13. l. 2. n. 110. Atq; ita intelligendi sunt Bald. d. l. vnica. n. 21. & ibi Albericus num. 10. Cynus. nu. 3. q. 1. Paulus. l. penultim. nu. 2. C. de epif. & cleric. Gregor. Lopez. l. fin. verb. fuerca tit. 19. p. 7. Peguera decif. crim. c. 43. num. 15. vbi raptorem meretricis pœnis subdit, quando meretrix renitebatur, præterite vitæ penitentia ducta, volens in posterum ab ea desistere, intelligendi enim sunt, si vnā cum pœnitentia illa, cepisset honestam vi- tam, aliā sola pœnitentia non sufficeret, iuxta dicta. Secundū temperandum est, ni- si meretrix eam iustam haberet renitendi cau- sam, vt si contradiceret ob consanguinita- tem, vel affinitatem cum raptore. Ita Albericus, Cynus, Paulus, Greg. Lopez, Pegue- ra ibidem. Azebedo. d. l. 2. nu. 111. Sed mel- lius Salicet, & Carrerius proximè allegati, dicūt adhuc nō esse locū pœnis raptus, sed incestus. Quia deficit honesta vitæ rap- ta, quæ omnino ad pœnas raptus incurren- das necessaria est (vt n. præcedenti proba- ui.) Tertiu temperandū est, nisi meretrix illa esset coniugata. Quia tūc marito irroga- ret iniuriā raptor illius meretricis: ac subin- de iure optimo raptoris pœnis obnoxius esset. Ita Paulus, Hyppolyt. num. 30. Carre- rius, Antonius Gomez, Decian. num. 14.

Mascard. nu. 15. Azebedo. n. 107. n. per ci- tati. Quod intellige, nisi maritus esset le- no. Tunc enim etiā respectu ipsius cessaret iniuria. Sic Hyppol. nu. 31. Carrerius, Decia- nus, Mascardus nu. 19. Azebedo. ibidem. Atq; ita intelligendus est Angelus. d. l. vni- ca. n. 6. dicens non esse raptū, quamvis me- retrix nupta sit. An verò dicatur meretrix, seu inhonestā mulier, quæ semel suo corpo- ris copiam fecit, ita vt non sit locus pœnis raptus? Consultendi sunt Decianus eo. c. 7. numer. 12. Et Vela de penis delictorum cap. 29. corollario. 4.

S V M M A R I V M.  
An eisdem penis raptus subdatur mulier ra- piens virum, vel aliam feminam? Refer- tur penitentia affirmans. nu. 24.  
Propositur contraria auctoritas sententia. n. 25.  
Soluantur argumenta, nu. 26.  
Post, nu. 26. inuonies alia summaria.

24 **Q**uestio. 2. An eisdem penis rap- tus subdatur femina rapiens vi- rum, vel aliam feminam? Qui- dam affirmant eisdem penis rap- tus obnoxiam esse feminā vt rapticem; Ducitur primū quod quāuis. l. vnic. C. de raptu virg. loquatur de viro rapiente femi- nam, & similiter. l. regia. 3. tit. 20. p. 7. & illi raptui vtraq; lex pœnā decernat: ac cū mi- litet eadem ratio in femina virū rapiente, ad eū euentum extendenda est. Secundū, quia dū ea lex de viro raptore loquitur, verba, gratia frequentioris vsus posita sunt: quod frequentius id contingat, quā oppo- sitū. Verba autē gratia frequentioris vsus po- sita in lege, eā restringere minimè solent, quin ad casum minis frequentē extendan- tur (vt latè probauit lib. 6. disp. 19. nu. 16.) Et multis similibus adductis probat Tira- quellus de retractu Lignagior. §. 20. gloss. v- nic. n. 4. & sequent. Tertiu, quia textus in- terdictes in cestuoso debuit petere, ac al- liud matrimoniu iniire, de solo viro loquitur. At ad vxorem quoq; eiusdem criminis ream extendi, dicitur hoc lib. 7. disp. 15. nu. 2. Ergo idem dicendū erit de penis vi- ri raptoris, extendi nimirum, ad feminam rapticem. Quartum, quia textus statuunt vxoricidū esse matrimonij inuendi im- pedimentū: & tamē multi, & non pœnitendi auctores extendūt ad viricidū, vt dicemus hoc lib. disp. 16. num. 5. Quintum, quia d. l. vnica. §. & si quidem verific. pœnas autem,

F 2 clarè